Super omnes ergo inimicos suos/factꝰ est christus vl ecclesia opprobriũ vicinis suis: id est domesticis/clericis videlicet et ꝓlatis/et etiã religiosis: quia isti magis efficaciter inhonorãt deũ. Unde Esaię. xxxviij.d. dicit christus vel ecclesia: Ecce sez in ꝓsenti et euidẽti: ĩ pace amaritudo mea amarissima. Ob̃ beatꝰ Bern. sic exponit: Amara ꝑ̃us in necce martyrũ: amarior ĩ cõflictu hęreticorum: amarissima in moribꝰ domesticorꝝ: Mõ fugere/ nec fugare eos potest: quia sicut dicit Threñ.j.b. Facti sunt hostes eius: id est ecclesię/ĩ capite: Caput ecclesię prælati. Et addit ibi: Inimici eius locupletati sunt: scz bonis ecclesię. Hoc dicit quãtum ad eos qui nõ sũt ꝓlati: sed tamẽ ditati patrimonio crucifixi. Unde dr̃ dñs Esa.j.a. Filios enutrui et exaltaui: ipsi aũt spreuerũt me. Enutrit eñ dñs clericos: qz comedũt bona eius: exaltat prælatos: sed ipsi tam minores q̃ꝫ prælati spernunt eum. Et sic sub eodẽ sensu dicit christus et ecclesia et quilibet iustus: Sup omnes inimicos meos factꝰ sum opprobriũ vicinis meis valde. Octaua tribulatio vel angustia iusti/ est damnũ minorꝝ: qd̃ videt sequi ad exẽplũ maiorũ. Unde subiũgit: Et timor notis meis: q̃si dicat: nõ solũ mihi opprobriũ dicunt vel faciũt: sed alios qui crediturí erãt scandalizant: ita q̃ timent accedere ad ecclesię sacramẽta. Hoc est qd̃ dicit: Et timor notis meis: id est per malum exemplũ domesticorũ timent illi qui aliquã noticiã per famã habuerãt de me: dicit christꝰ vel iustus vel ecclesia. Unde Ro.ij.d. Qui in lege gloriaris/ꝑ ꝑuaricationem legis deũ inhonoras: Nomẽ eñ dei per vos blasphemat inter gentes: sicut scriptũ est: scz Esa.lij.b. vbi dicit dominꝰ: Populꝰ meus ablatus est: dominatores eius inique agunt: et iugiter tota die nomẽ meũ blasphemat. Unde et hic manifestꝰ hoc declarat/cum subiungit: a Qui videbant me foras fugerũt a me. i. qui iam credere incipiebãt: recesserũt a fide ꝓpter malũ exemplũ domesticorũ meorꝝ. b Et ideo obliuioni datꝰ sum tanq̃ꝫ mortuus a corde: qz iã de me nõ curãt/nec ꝏ fide mea. Et qz hoc damnũ faciũt clerici et ꝓlati domino: maledicit eis Luce.xi.g. Uę vobis legisperitis qui tulistis clauẽ scientię: ipsi nõ introistis: et eos qui introibãt ꝓhibuistis. Vel hoc etiã magis propzie dicit dñs de clericis: a Qui videbant me ꝛc. Clerici eñ videt dominũ tota die in sacra scriptura: sed tamẽ foras fugiũt ab eo: id est ad exterioza tẽpozalia/fugiunt: ab eo qui nõ exterius sed intus habitat: quia in pace factus est locus eiꝰ. De hac fuga ad exterioza/Threñ.iiij.a. Qui nutriebant in croceis: id est in sacra scriptura: amplexati sunt stercora: scz tempozalia/quę a deo longe faciunt hominẽ. Unde dicit Augustinꝰ: Quę non poterã habere sine te/ longe me tenebant a te. Econtrario faciebat apostolus: qui dicit Phil.iij.b. Omnia detrimentũ feci et arbitroꝝ vt stercora vt christum lucrifaciam. Et non tm̃ fugiunt dominũ: sed etiam obliuiscunt. Unde subiungit: b Obliuioni datꝰ sum tanq̃ꝫ mortuus a corde. Eccẽs.ix.b. Mortui non habent vltra mercedẽ: quia obliuiõi tradita est memoria eorum. Esaię.lvij.a. Justus perit/et nõ est qui recogitet in corde suo. De his duobus Deut. xxxij.c. Deũ qui te genuit dereliquisti: et oblitus es dñi creatoris tui. Et mirum videtur quod dicit/q̃ obliuioni datus est ab eis qui videt eũ: Qd̃ enim videmus/obliuisci non solemꝰ. Sz hoc signanter dicit: qz videntes nõ vident. Videntes eñ oculo intellectus/non vident oculo affectus. Unde super eos cecidit dei iudiciũ: de quo dicit Joh.ix.g. In iudiciũ ego veni in mũdum/vt qui non vident videant: et videtes cęci fiant: id est simplices qui non habent oculum intellectus illuminatũ scientia/videant oculo affectus et amoris: et magni litterati qui vident oculo intellectꝰ: non videant oculo affectus: vñ magis peccant: quia eum quem vident/non diligunt. Unde notabile est quod sequit ibi: Joh.ix.g. Audierunt inquit ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerunt ei: Nũquid et nos cęci sumus? Et dixit eis iesus: Si cęci essetis/non haberetis peccatum: nunc vero quia dicitis: videmus: peccatũ vestrum manet. Simplices enim et idiotę ad pęnitentiã conuertunt: sed multi litterati qui de scientia sua pręsumũt/peccata sua excusare nitunt/et pęnitere nolunt: Et ideo manet peccatum eorum: et descendunt in infernum viuentes: id est videtes et scientes. Et ideo dicit: Obliuioni datus sum tanq̃ꝫ mortuus a corde. Mõ enim dicit/ ab oculo vel a lingua: quia ipsi et intelligunt et legunt et prędicant: sed dicit: a corde: quia non diligũt eum. Esaię xix.d. Appropinquat populꝰ iste ore suo/et labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me. Et nota q̃ de multis potest dici: a Qui videbant me. Apostoli eñ viderunt dominũ in corporali specie. Item fide vident eum omnes christiani: intellectu/theologi: contemplatione/religiosi: speculatione/ prælati. Speculatores eñ sũt domus domini/quę est ecclesia: et speculari debent/quãdo veniat dominus: Juxta illud Ezech.iij.d. Speculatorem dedi te domui israel et audies de ore meo verbũ ꝛc. Et Abacuk.ij.a. Super custodiam meã stabo: et cõtemplabor vt videam quid dicatur mihi: et quid respondeaz ad arguentem me. Sed omnes isti foras fugiũt a domino. Apostoli enim fugerunt in passione: Joh.xvj.g. Uenit hora vt dispergamini vnusquisq̃ in propria: et me solum relinquatis. Item omnes christiani fugiunt ad temporalia: ꝓ̃ illud Phil.ij.c. Omnes q̃ sua sunt quęrunt. Theologi fugiũt ad dignitates. Hieremię.xvij.b. Recedentes a te/in terra scribent: Quia nolũt scribi in cęlo cum pauperibus: sed in terra cum diuitibus et sublimibus sęculi. Pz̃. Vocauerũt nomina sua in terris suis. Religiosi ad tempozales negociationes. Esaię.xxij.f. Mittet te in terram latam et spaciosam/et ibi mozieris. Threñ.iiij.a. Qui vescebãtur voluptuose/interierũt in vijs. Prælati ꝏ fugiunt ad curas sęculares. Unde sequitur Threñ.iiij. post id quod modo dictum est: Qui nutriebant in croceis/amplexati sunt stercora. Sed q̃ est causa istius fugę? Modicitas fidei: quia sicut dicit Hieronymus: qui veram fidem habet de deo: non cupit in his miseriis fieri diues. Et hęc fidei paruitas notatur in hoc q̃ pręterito imperfecto dicit: Qui videbant me. Temporis enim imperfectio/ visionis quę per fidem est/ imperfectionẽ designat. Mona tribulatio viri iusti est/q̃ multi resiliũt ab ecclesia ꝓ peccatũ: et pauci retinent in ea merito: licz multi remaneãt numero: De quo subiũgit: c Factus sũ/dicit christꝰ vl ecclia: tanq̃ꝫ vas perditũ. i. perforatũ: q.d. nullus se vult in me proijcere: sed etiam qui iam de corpore meo erãt/effluũt: sicut ĩ vase pforato nullꝰ vult aliqd̃ reponere: et liquor effluit ab eo. Unde conquerit dñs Hiere.ij.f. Nũqd̃ solitudo factꝰ sũ israli: aut tra serotina? Quare q̃ dixit ppl's meꝰ: Recessimꝰ: nõ veniemꝰ vltra ad te? Et vere reputatꝰ sũ vt vas pditũ: d Qm̃ audiui: qm̃ hoc ē signũ scz quia audiui e Vituperationẽ multorũ cõmorantiũ in circũitu. In circũitu enim cõmorant gentiles/iudęi et hęretici: Nec ad centrũ christũ qui est ĩ medio ecclesię accedũt: Et significant hi ꝑ sodomitas: q̃ circũibãt domũ loth: Gen.xix.b. Istorũ etiã audit dominꝰ vituperationẽ/qua vituperant fidem et mores christianorũ. Et propter mores prauos christianorũ derogant fidei: et principaliter ꝓpter mores clericorum/sacerdotũ/et aliorum prælatorũ. Unde dicit: Hieroꝰ Nihil tantum nocet ecclesię dei: q̃ꝫ q̃ vere dicitur: Peiores sunt clerici q̃ꝫ laici. Unde dicũt hęretici: sacramẽta nõ valere/q̃ꝫ ꝑ malos sacerdotes tractant: et talia multa. Et qz sic vituperãt/multi a fide christiana retrahunt: ĩmo qd̃ peius est recedunt: qui aliquando prius crediderunt: et qui spiritu cęperant/ postmodum carne consumant: sicut dicit apostolus Gal. iij. a. O insensati galatę/ quis vos fascinauit veritati non obedire ꝛc. Et post addit: Sic stulti estis vt cum

a Qui videbãt me/foras fugerunt a me: † obliuioni datus sum tanq̃ꝫ mortuꝰ a corde. Factꝰ sum tanq̃ꝫ vas perditũ: qm̃ audiui vituperationẽ multorꝝ † cõmorãtiũ ĩ circũitu.

Al. † cecidi
Al. † obliuius

Al. † accolẽtiũ
Al. † circũhabitantium

Multi vident dominũ et ab eo fugiunt

Pz̃. 48.

Pz̃. 75.

Aliter de clericis

spiritu cęperitis/nūc carne cōsumamini. Itē in circūitu tēporaliū cōmorant mali christiani. Esa.xix.c. Dñs miscuit spiritū vertiginis in medio ęgypti. Et.j.Regl.xxv.e. Vita inimicoꝝ dauid rotabit/q̄si in impetu ⁊ circulo fundę. Et dicit/cōmorantiū/nō trāseuntiū. Boni em̄ trāseūt p circūitū istū: q̄ de tēporalibus tm̄ necessaria sumūt: ⁊ ea cōtemnūt. Sz mali etiā licet q̄ntūcq̄ sint pauperes rebus/cōmorantur ibi corde/ore/opere: quia q̄tū ad cor/statuerunt oculos suos declinare in terrā/p ardorē desiderij. Itē q̄tū ad os: De terra musitat eloquiū eoꝝ: vt dicit Esa.xxix.b. Q̄tū ad opus: quia oia faciūt vt ditent. Morū autē audit dñs vituperationē: qua.ſ.vituperant ipsum. Q̄n succedit eis ꝓspere in tēporalib⁹/ bñdicunt: Unde Ps.Cōfitebit tibi cū bñfeceris ei.q.d. Et cuz nō bene/blasphemant. Unde Esa.viij.d. Cum esurierit irascetur ⁊ maledicet regi suo.ſ.deo. Et Eccli.xxxiij.a. Pręcordia fatui q̄si rota carri: ⁊ sic axis versatilis cogitat⁹ illi⁹: Quia ad modū carri ⁊ axis nisi vngat beneficio tēporaliū/stridet blasphemādo. Itē contra diuites p̄cipue potest exponi iste versus: vt dicat eis dñs: Factus sum tanq̄ vas pditū: sicut ꝓs: qz diuites nihil i me volūt ponere/dando pauperibus. Tūc em̄ dño bona nostra cōmēdam⁹: cū ea pauperibus erogam⁹. Unde Hiero⁹. Dan⁹ pauperis gaçophylaciū christi. Unde Prouerb. xix.c. Fęneratur dño qui miserē pauperi. Et Tob.iiij.b. Si multū tibi fuerit/abundāter tribue: si exiguū tibi fuerit/etiam illud exiguū libēter impertiri stude: Pręmiū enim bonū thesauriças in die necessitatis. Sed dñs a diuitib⁹ reputat tanq̄ vas perditū siue ꝓtusum: qz nihil ei volūt cōmendare vel fęnerari. Unde cōquerit p Hiere.xv.c. Nō fęneraui nec fęneratuit mihi quisq̄ horū: qui/vt dictū est/cōmorant in circūitu tēporaliū. Audit dñs vituperationē: passiue/qua.ſ.vituperāt a pauperib⁹ ⁊ maledicūt: qz bonū eoꝝ recludūt ⁊ detinent. Eccli.xxxv.c. Nonne lachrymę viduę ad maxillā descēdūt: ⁊ exclamatio eius sup deducentē eas? A maxilla em̄ ascēdunt vsq̄ ad cęlum: ⁊ dñs exauditoz nō delectabit in illis. Et p hoc probat dñs q̄ factus est quasi vas perditū: qz.ſ.audit eos vituperari a pauperibus. Vel potest sic legi: ⁊ non mutat sensus: Quoniā audiui vituperationē/actiue: multorū/ paupū /cōmorantiū in circūitu: id ē circūeuntiū domos diuitū ⁊ quęrentiū elemosynas: qui/quoniā ab omnibus repellunt: clamāt ad dominū i angustia sua /⁊ maledicūt diuites. Et domin⁹ audit hunc clamorē: sed nō statim iudicat: Expectat em̄ vsq̄ ad diē vindictę: i q̄ dicet eis illō Matth.xxv. d. Discedite a me maledicti i ignē ęternū: q̄ parat⁹ ē diabolo ⁊ angelis eius: Esuriui ⁊ nō dedistis mihi mādūcare ⁊c. Et respondebūt: Dñe quādo te vidimus esurientē/aut hospitē/aut nudū/aut infirmū/vl̄ in carcere ⁊ nō ministrauim⁹ tibi? Tunc respōdebit illis/dicens: Amē dico vobis: q̄diu nō fecistis vni de minoribus his/nec mihi fecistis. Unde Jaco.v.a. Thesaurizatis vobis irā in nouissimis diebus: Ecce merces operarioꝝ qui messuerūt regiones vestras: quę fraudata est a vobis clamat: ⁊ clamor eorū in aures dñi sabaoth introiuit. Et postea cōcludit cōsolando paupes: Patiētes ergo estote fratres vsq̄ ad aduentū domini. ¶ Decima tribulatio est/q̄ multi conuiuūt: ⁊ q̄si cōiurant cōtra christū ⁊ ecclesiā ⁊ quēlibet iustū: de qua subiūgit: a ¶ In eo dum cōuenirent. Et loquit iustus in ꝓsona sua/vel christus. Et dicit iustus: vere tribulor in supra dictis: ⁊ etiaz/ in eo dum cōuenirent: id est in eo q̄ cōueniūt: b ¶ Simul: mali ⁊ dęmones: aduersum me. Et ad quid? c ¶ Accipere animā meā cōsiliati sunt: id est facere vt cōsentiat eis anima mea. Et notat hic duplex malorū hominū conuenientia/cum dicit: cōuenirent: et addit: simul. Est em̄ cōuenientia prima in malicia interiori. Secūda in malicia exteriori.ſ.in expugnatiōe iustorū. De hac conueniētia malorꝝ/ habet Sap.ij.c. Circūueniamus iustū: quoniā inutilis est nobis ⁊c. Vel loquit christus: ⁊ cōtinuat ei qd supra dictū ē: Quoniā audiui vituperationē multorum ⁊c. scz gentiliū/iudęorū/hęreticorū/⁊ prauorū christianorū: vt sup expositū est. Et posset aliq̄s quęrere: Dñe quō audisti? Ecce quō: a In eo dū cōuenirent simul aduersum me. q.d. licet nullus alius mihi diceret: tū ipsa malicia cordis et opis clamat ad me/quez nihil latet. Unde Sap.j.c. dicit: In cogitatiōib⁹ impij inkrogatio erit: sermonū autem illius auditio ad deū veniet: q̄m auris cęli audit omnia/⁊ tumultus murmurationū nō abscondet. Et hęc quattuor genera simul cōueniunt: quia omnes christū persequūt/licz diuersimode. Et sic ꝓueniētes/ c ¶ Accipere animā meā cōsiliati sunt: diuersimode. Gentiles em̄ cōsiliati sunt accipe animā eius: qz eos qui cōfitebant ipsum assumpsisse/aiam affligebāt: negātes ipsū deū hominē fuisse. Stultū em̄ reputabāt dicere q̄ deus esset hō. Judęi autē cōsiliati sunt accipe animā eius.i. tradere eum morti. Unde Joh.xi.f. Collegerūt pontifices ⁊ pharisęi cōciliū aduersus iesum. Et fuit diffinitū in illo ꝓcilio a pontifice caipha: Expedit vt vn⁹ moriat homo p populo ⁊c. Hęretici ꝓo cōsiliati sunt accipe animā christi.i. euacuare fructū passiōis. Dedit em̄ animā vt nos saluaret: ⁊ ipsi volūt nos ad errorē trahere. Ps. Retribuebant mihi mala p bonis/ sterilitatē animę meę. Diuites ꝓo ⁊ auari cōsiliati sunt accipe animā eius.i. ipsū occidere in pauperib⁹: qui esurit/⁊ reficit i paupibus: et similit occidit. Aug⁹. Pasce fame morientē/si nō paueris occidisti. Itē quilibet peccatores: q̄n consiliant in peccato manere vel iterare: cōsiliant accipe animā christi: qz quātū in eis est/ipsum crucifigūt: q̄ causam crucifixionis ei⁹.ſ.peccatū reiterāt. Heb. vj.a. Rursus crucifigētes sibimetipsis filiū dei ⁊ ostētui habētes. d ¶ Ego autē. Supra ostēsis tribulatiōib⁹ ⁊ pericūlis quibus tribulat vir iustus: petit hic liberari ab eis. Et primo allegat meritū spei. Unde dicit: Ego autem: Quasi illi ita persequūtur: Ego autē in te speraui domine. Secūdo allegat meritū humilitatis: Quę duplex est. Prima in attribuendo deo q̄d ipse est. Unde dicit: e ¶ Dixi deus meus es tu: qui scz me de nihilo fecisti. Ps. Scitote quoniā dominus ipse est deus: ipse fecit nos/⁊ non ipsi nos. Secunda humilitas est in attribuēdo deo quęcūq̄ habet. Unde subiungit: f ¶ In manibus tuis: id est in potestate ⁊ voluntate tua sunt: g ¶ Sortes meę: id est partes hęreditatis meę: De qua in Ps. Funes ceciderūt mihi in pręclaris: etenim hęreditas mea p̄clara est mihi. ¶ Sunt autē tres sortes viri iusti in manu dei: scz sors p̄destinationis/sors gratię/sors glorię. De prima: Eph.j.b. In quo.ſ.christo ⁊ nos sorte vocati sumus/ prędestinati. De secūda: Col.j.b. Gratias agentes deo patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. De tertia: Daniel.xij.d. Stabis in sorte tua in fine dierū. Pręmissa allegatione/ petit liberari ab inimicis. Sed quia sunt quidam inuisibiles: quidam visibiles. Primo petit liberari ab inuisibilibus hostibus/dicēs: h ¶ Eripe me de manu inimicorū meorum: id est libera me de potestate dęmonū. Ps. Eripe me ꝓ inimicis meis fortissimis. Secūdo petit liberari a visibilibus hostibus. Unde addit: i ¶ Et a persequētibus me: scz a falsis fratrib⁹/hęreticis/iudęis ⁊ paganis. Ps. Multi qui persequūtur me ⁊ tribulant me. Postea petit illud siue illa p quę liberat: Et ostendit quę sūt illa: dicens: k ¶ Illustra faciem tuam: id est infundendo gratiam/ imprime animę meę similitudinem tuam: De qua in Ps. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vel/ Illustra: id est ostende: quia cognitio dei maxime liberat. Unde Esa.v.d. Propterea ductus est populus meus captiuus: qz nō habuit scientiā. Vel/ Illustra faciē tuam super seruū tuum: id est fac seruū tuum similē faciei tuę.

Al. ꝗ congregarentur omnes

Al. ꝗ vt acciperēt

a ¶ In eo dum cōuenirēt simul
b aduersuz me: ꝗ accipe animā
c meā cōsiliati sunt. Ego autē
d i te speraui dñe: dixi dē⁹ me⁹
e es tu: in mānib⁹ tuis ꝗ sortes
f meę. ꝗ Eripe me ꝗ manu inimi
g coꝝ meoꝝ: ⁊ a psequentib⁹ me.
h ꝗ Illustra faciē tuā sup seruū

Al. ꝗ ipsa mali

Al. ꝗ Erue

Al. ꝗ manibus

Al. ꝗ Illumina

Quattuor genera hominū cōsiliati sunt accipere animā christi

Ps.48.

Nota qualiter deus fact⁹ est tanq̄ vas pditū apd diuites

Ps.54.

Tres sortes viri iusti in manu dei

Ps.15.

Ps.99.

Ps.17.

Ps.118.

Ps.4.

Aliter

j. Job.iij.a.

j. Job.iij.a. Modũ apparet qd erimꝰ: scimꝰ aũt qm cũ appa/
ruerit: similes ei erimꝰ ꝛc. Post petit remunerationẽ vitę ęter/
nę. Unde dicit: a ¶ Saluũ me fac. Non dicit/diuitem vel
sciẽtẽ me fac: sꝫ saluũ me fac/tu qui es saluator. Phil'.iij.d.
Saluatorẽ expectamꝰ dominũ nostrũ iesum christũ. Et hoc
nõ meis meritꝫ: Sed
b ¶ In misericordia
tua domine. Titũ
iij.b. Non ex operibꝰ
iusticię q̃ fecimꝰ nos:
sed �means suã misericor/
diam saluos nos fecit.
Post petit liberari a
pęna ęterna/dicens: c ¶ Non cõfundar: cõfusione ęterna:
De qua Hiere.xx.c. Cõfundenk vehemẽter: quoniã nõ intel/
lexerũt opꝓbriũ sempiternũ. d ¶ Quoniam inuocaui
te: tangꝫ ducẽ ꝛ tutorẽ. Bona ratio ẽ. Unde Job'.ij.g. Om/
nis quicũqꝫ inuocauerit nomẽ domini: saluus erit: supple qui
inuocauerit †fideliter. Et est inuocare/intus deũ vocare. s. cor/
de/ore/opere. Et ideo dicit: Quoniã inuocaui: id est intꝰ
vocaui: e ¶ Te: nõ aurũ: nõ argentũ: sicut auari ꝛ mali q̃ orãt
deũ vt det eis diuitias. Hi non inuocant deũ: sed diuitias vel
pecuniã. Unde dicit Glo. Si ĩuocas deũ vt det tibi lucrũ: lucrũ
inuocas non deũ. f ¶ Erubescant impij. Supra petijt p/
pheta ĩ ꝑsona iusti remunerationẽ vitę ęternę/ꝛ liberari a pę/
nis: hic autẽ damnationẽ inimicorũ prędicit vel petit: non li/
bidine vindictę: sed ęlo iusticię. Eorũ autem damnationẽ cõ/
prehendit in tribus: videlicet in cõfusione/ retrusione in infer/
nũ/ꝛ in impositiõe silentij. Dicit g̃: Erubescant impij: illa
cõfusione/qua supra petij nõ cõfundi/dicens: Non cõfun/
Ps.51. dar quoniã inuocaui te. Ps. Cõfusi sunt: quoniã deus
Ps.6. spreuit eos. Ps. Erubescant valde velociter. Et alibi: Sta/
Ps.49. tuã contra faciem tuã. Naum vlti.b. Reuelabo pudenda tua
in facie tua: ꝛ ostendam gentibus nuditatem tuam. Sequit de
retrusione in infernum. g ¶ Et deducant: id est de hac vita
Ps.62. ducant: vel deorsum ducant: h ¶ In infernum. Ps. In/
troibunt in inferiora terrę: id est in infernum: tradent in manus
gladij: id est in subiectione pęnę acerbę: partes vulpiũ erũt: id
est dęmonũ. Vel sic: Deducant: id est de pęna in pęnã du/
cantur. Job.xxiij.c. Ad nimium calorem transiet ab aquis
niuium: ꝛ vsqꝫ ad inferos peccatũ illius. Sequit de impositi/
one silentij: i ¶ Muta fiant labia dolosa: fm illud
Matth.xxij.b. At ille obmutuit. j. Regl.ij.b. Impij in tene/
bris cõticescent. Propter hoc ergo dicit: Muta fiant. Cõ
tra: Apocl. xvj.d. Blasphemauerũt homines deũ propter
plagã grandinis: quoniã magna facta est vehemẽter. Hoc ex/
ponit de damnatis in inferno: Ergo labia non erũt muta. Ad
idem Esa.lxv.c. Ecce serui mei laudabũt prę exultatione cor/
dis: ꝛ vos clamabitis prę dolore cordis: ꝛ prę cõtritione spi/
ritus vlulabitis. Ergo non erũt muti. Solutio. Labia impio/
rum erũt muta a verbo exultationis et iactantię et increpatio/
nis: sed non a verbo blasphemię ꝛ indignationis ꝓtra seipsos.
Et interserit hic quintuplex meritum malorum/quare merue/
runt hęc mala habere. Primũ est meritũ impietatis. Unde
dicit: Erubescant impij. Secundũ est meritũ dolositatis.
Unde dicit: Muta fiant labia dolosa. Tertiũ est meri/
tum detractionis: de quo dicit: Quę loquunt aduersus
iustũ iniquitatẽ. Quartũ est superbię. Quintũ abusionis.
Unde dicit: In supbia ꝛ in abusione. Bene ergo dicit:
Muta fiant labia dolosa. De quibus Hiere.ix.c. Sa/
gitta vulnerans lingua eorum/dolũ locuta est. k ¶ Quę lo/
quunt aduersus iustũ iniquitatẽ: id est aduersus chri/
stum et sanctos viros. Et dicitur christus singulariter iustus.
Unde Esa.lvij.a. Iustus perit ꝛ non est qui recogitet in cor/
de suo. Et bene dicit: Iniquitatem: quia iniquum est de/
trahere sanctis. Equum enim est vt cõmendentur ad gloriam
dei. Ecci.xliij.a. Laudemus viros gloriosos ꝛc. Hoc aũt fit
l ¶ In supbia: cordis: m ¶ Et abusione: oris. Ut enim se
pierant alijs/detrahunt eis. Detrahendo autem abutunt ore:
quod dedit eis dominus ad hunc vsum: vt bonum laudek/et
przcipue deus. Ecci. vlti.d. Dñs dedit mihi linguã mercedẽ
meã: id est/vt p eã mererer: et ĩ ipsa laudabo dominũ: Qui g̃
detrahẽdo demerek/aburik ea. f ¶ Erubescant impij ꝛc.
Propzie põt exponi ꝓsus iste ꝗ eos q̃ de miscõia dei nimis
p̃sumẽtes/nolũt dimittere pctã: ꝛ p̃ cõfusiõe dimittũt ꝓfiteri:
sic: Erubescãt im/
pij ꝛc. Ipsi em ſt im/
pij: quia sibi ipsis non
miserek. Ecci. xliij.a.
Qui sibi nequã ẽ: cui
alij bonus erit? Ecci.
xxx.d. Miserere ani/
mę tuę placens deo.
Prouer.xj.c. Benefacit animę suę vir misericors. Isti ergo
qui erubescunt cõfiteri/ꝛ sustinere modicã cõfusionem coram
sacerdote: quę adducit gloriaꝫ: Ecci.iiij.c. erubescant in ęter/
num: vt dictũ est: cõfusione adducente ignominiã. Ps. Eru/ Ps.82.
bescant ꝛ conturbenk in sęculũ sęculi: ꝛ confundank et pereãt.
Et bene notatur hic ordo damnatiõis contra ordinem salua/
tionis/quę est per pęnitentiã: vbi homo cõsiderans peccatũ
suum/in semetipso erubescit: ꝛ postea conturbak in cõtritiõe:
deinde confundik in cõfessione: postmodũ sanatur ꝛ roborak
in satisfactione. Et hęc omnia quasi momẽtanea sunt. Unde
qui nolunt hęc facere: erubescant ꝛ conturbenk in sęculum sę/
culi: id est in ęternũ/cõscientia accusante pariter ꝛ remorden/
te: ꝛ confundank in aspectu omniũ qui tunc videbunt nudita/
tẽ eorꝫ/ꝛ pereãt in pęna ęterna: Hoc est: Deducank in in/
fernũ. i ¶ Muta fiant labia dolosa: quę hic muta fũt
a cõfessione pctõrꝫ. k ¶ Quę loquunk aduersus iustũ
iniquitatẽ: id est dicunt deum qui iustus est/et iniquũ ꝛ in/
iustũ esse: dicentes eum ita esse misericordẽ q̃ non damnabit
peccatores. Unde dicit dominus in Ps. Existimasti inique Ps.49.
q̃ ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam.
Hoc aũt faciũt/ l ¶ In superbia ꝛ abusione. Magna ẽ
enim superbia/q̃ creatura quę creatorem offẽdit veniam po/
stulare ꝛ ei satisfacere contemnit. Et abutitur etiam tempore
quod ei concedik ad pęnitendũ: ꝛ dei misericordia quę ipsum
expectat ad pęnitentiã. Unde Job. xxiiij.d. Dedit ei deus
locum pęnitentię: et ipse abutik eo in supbiã. s. quia non
pęnitet: sed adhuc peccata peccatis accũmulare nõ cessat.

a tuũ/salũũ me fac ĩ misericor/
b dia tua domine: nõn con/
c fundar quõniã inuocaui tẽ.
d Erũbescant impij et dẽdu/
e cantur in infẽrnum: mũta †fi/
f ant labia dolosa. Quẽ lo/
g quũt aduersus iustũ iniqui/
h tatẽ: in supẽrbia ꝛ †abusiõe.

Al. †efficiank

Al. †cõtemptu

Quintuplex meritum malorum

Abusio
- Corporal
  - Sodomia. Thren. vlti.c. Adolescenti/bus impudice abusi sunt.
  - Prępuaricatio cõiugij. Gen. xix.b. Ad/ducam eas ad vos ꝛ aburimini eis.
  - Inordinatio mensę: sicut est appositio carniũ crudarũ. Marci. vj.d. Attulit caput iohannis in disco.
- Spũal
  - Legis dei: cum pręponitur auctoritas philosophi/ auctoritati pauli. ij. Ma/chab.iiij.c. Patrios quidem honores nihil habentes: grękas glorias opti/mas arbitrabantur.
  - Temporis. Job.xxiiij.d. Dedit ei locum pęnitentię/ꝛ ipse abutik eo in supbia.
  - Dignitatis. Baruch.v.c. Hostias ven/dunt sacerdotes ꝛ abutunk.
  - Potestatis. j. Corinth.ix.c. Ut non abu/tar potestate mea in euãgelio.
  - Beneficij seu priuilegij. Hester. xvj.a. Multi bonitate principum ꝛ honore q̃ in eos collat? est abusi sunt.
  - Ultionis. Hiere. xviij.d. In tẽpore vin/dictę et furoris tui abutere eis.
  - Subtractiõis officij. iiij. Regũ. j.a. Prę/uaricatus est moab ꝛc.
  - Claustri: q̃ sunt. xij. Beatus Bern. Prę/latus negligens: discipulus inobediens: senex obstinatus: iu/uenis ociosus: monachus causidicus: monachus curialis: ha/bitus preciosus: cibus exquisitus: rumor in claustro: lis in ca/pitulo: dissolutio in choro: irreuerentia circa altare.

Abusiones claustri

Q̃ magna

a Quia magna multitudo. Tertia pars: vbi dicit q̃ bona dei sint contra prędicta mala/quę alleuiant illa mala: iuxta il/
Ps. 93. lud in Ps. Scdm multitudinē dolorꝫ meorꝫ in corde meo: cō/solationes tuę lętificauerunt animā meā. Unde supra enume/rata multitudine dolorꝫ suorū: hic agit de multitudine dul/cedinis dei/quę dolo/res dulcorat. Admi/rans ergo de eius ma/gnitudine/dicit vir iu/st⁹: Quia magna mul/titudo dulcedinis/tuę domine: quasi/ inūmerabilis est ⁊ im/mensa. Magna enim dicit quātitatem continuā: multitudo dis/creta. Multitudo autem attendit fm effectus. Unde dicit Cassiodor⁹: Multitudo dulcedinis dei est: quia multis prę/mijs domini suauitas indicat. Dulcis est cum corrigit: dulcis cum parcit/dulcis cum credentibus ęterna prędmia cōpromit/tit: ita dicit Cassiodorus. Nos autem possumus ostendere ad huc multos alios effectus dulcedinis dei. Unus est: quia om/nes generalit recipit. Unde Matth. xi. d. Uenite ad me om/nes qui laborastis ⁊ onerati estis/⁊ ego reficiam vos. Hic est enim verus dauid: ad quem cōuenerunt omnes qui erant in an/gustia constituti et oppressi ęre alieno: id est peccatis obligati: Sed tamē si sint amaro animo: vt ibi dicit. i. Regl. xxij. a. i. si conterant de peccatis: et fit eorum princeps. Secūdus est: qz etiam inimicos suos custodit. Unde in psona et typo pęniten/tiū dixerūt filij israel ad dauid: per quē christus significatur: vt prędmissum est: Heri ⁊ nudiustertius dū esset saul: id est dia/bolus rex super nos: tu eras educens ⁊ reducens israel. ij. Re/gū. v. a. Quasi dicat: cum essemus ī peccat/ etiā protegebas nos deus: ergo multo fortius cum pęnitentes volumus tibi seruire. Unde dicit apostolus Ro. v. b. Si cū inimici essem⁹/ recōciliati sum⁹ deo p mortē filij ei⁹: multo magis recōciliati salui erim⁹ in vita ipsius. Tertius est: qz dat de dulcedine sua
Ps. 33. ad p̄gustandū. Unde in Ps. Gustate et vide quoniā suauis est dominus. Prouerb. xxxi. c. Gustauit ⁊ vidit quoniā bona est negociatio eius. Item quia cito dimittit peccata. Unde Ecech. xviij. e. In quacūq̄ hora ingemuerit peccator omniū iniqui/
Ps. 31. tatū eius non recordabor. Et in Ps. Dixi confitebor aduer/sum me iniusticiā meā domino: ⁊ tu remisisti impietatē pecca/ti mei. Item quia nō semel ⁊ bis dimittit peccata: sed quotiēs/cūq̄ peccauerit homo ⁊ pęnituerit. Unde dns petro quęrenti: si dimitteret vsq̄ septies fratri peccanti: Matth. xviij. c. re/spondit: Nō dico tibi vsq̄ septies: sed vsq̄ septuagesies septi/es. Item quia pfecte dimittit. Unde Ecech. xviij. e. Omniū iniquitatū eius non recordabor amplius. In his ergo multis effectib⁹ vsq̄quaq̄ innuit multitudo dulcedinis. Sed magni/tudo quę ex seipsa est/expimi nō potest: Unde non dicit sim/plicit/magna: sed q̄ magna. q. d. inęstimabilis est. Et vere: quia vt dicit apostolus. i. Corinth. ij. c. Et Esa. lxiiij. b. ocu/lus non vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis ascendit: quę p̄parauit deus his qui diligūt eum. Et vbi ⁊ cui parauit/dicit
Ps. 67. Ps. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. De hac dulcedi/ne/ quantū potest/ expimit beatus Bern. dicens: q̄ deus est mel in ore/melos in aure/iubilus in corde. b Quā abscō/disti timētibus te. Hoc potest multis modis legi. Primo sic: Quā abscōdisti timētibus te: timore seruili/vt eam non videant nec sentiant. c Perfecisti ꝛo. i. perfectā licz nō perfecte ostendisti/eis qui sperant in te. Illis enim dat do/minus ad prędgustandū: qui ex amore seruiūt ei: et spe prędmij/nō timore supplicij. Et ideo bene dicit apostolus in prędmissa
1. Cor. 2. c. auctoritate: Quā p̄parauit deus his qui diligūt illū. Et Esa. lxiiij. b. Quę p̄parasti expectantibus te. s. per spem: non timē/tibus seruiliter. Uel sic: Quā abscondisti timētibus te: id est quā reseruas timētibus te/timore initiali ⁊ filiali. Tales enim eam habebūt. Unde Malach. iiij. a. Orietur vobis ti/mētibus nomen meū sol iusticię: Qd erit cum in illam gloriā introducent christi claritatem in ęternū aspecturi. Et sic ī isto sensu: timētibus/⁊ qui sperant: pro eisdem sumunt. Qui enim timet timore initiali ⁊ filiali/spem habet in deū quem ti/met: et molit inter has duas molas: inferiorem. s. timorem quę deprimit: ⁊ superiorē. s. spem que eleuat. Et ideo bene et ppie dicit: Abscondisti timētibus: ⁊ pfecisti eis qui sperāt: qz timor retrahit/et spes eleuat. Timore/extra sūt: spe/ī cęlis hītant. Uel sic: Quā abscōdisti timētibus te: id est postq̄ ad gustandum ostendisti: iterum abscōdisti subtrahendo eis deuotionē. Et hoc facit de⁹/vt ardē/tius appetat: sicut mater ostēdit pomū filio: et iterum abscon/dit/vt instāt⁹ rerat: qz fastidire solet qd̄ subiacet visui: ⁊ vile credit qd̄ sine difficultate prędstat. Unde dixerūt filij israel/Nu/meri. xxi. b. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Qui autē cum recedit dominus subtrahendo sic deuotionem non diffidunt: sed instantius cum fiducia quęrūt: postea ipse redit/⁊ diutius ⁊ dulcius cum eis morat. Unde dicit: Per/fecisti eis qui sperant in te: id est perfectiorem dulcedi/nem ostendis q̄z prius ostenderas eis. Uel/ Perfecisti: id est perficies in futuro: d Eis qui sperant in te in cō/spectu filiorum hominum: id est bona opera faciūt co/ram hominibus: non vt ab hominibus videant: sed vt ho/mines exemplū accipiāt: ⁊ ipsi a te remunerent. Hoc est spe/rare in deum: in conspectu hominum. Spes enim est certa expectatio futurę beatitudinis ex meritis p̄cedentibus. Qui ergo bona opera non faciūt: ⁊ tamē putant se saluādos: non sperant/licet operent in cōspectu filiorum homi/nū: quia certam expectationem futurę beatitudinis non ha/bent. Uel sic: Qui sperant in te in cōspectu filiorum hominū: id est ita sperant q̄ non erubescunt te confiteri co/ram hominibus. Matth. x. d. Omnis qui confitebit me co/ram hominibus/confitebor et ego eum coram patre meo qui est in cęlis: Qui autem negauerit me coram hominibus: ne/gabo et ego eum coram patre meo qui est in cęlis. Uel po/test construi cum eo quod dicitur: Perfecisti: vt sic dica/tur: Perfecisti: id est perficies: in conspectu filiorum hominū: Quasi dicat: Tu reddes eis et perficies illā dul/cedinē cunctis videntibus: quando dices in die iudicij: Ueni/te benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū a con/stitutiōe mūdi: Matth. xxv. c. Hoc enim erit/in cōspectu omniū filiorum hominū: tam bonorū q̄z malorū. De bo/nis ī Ps. Uidebūt recti ⁊ lętabunt ⁊c. De malis Ps. Pec/cato: videbit ⁊ irascet ⁊c. Et Sap. v. a. Uidētes turbabunt timore horribili: et mirabunt in subitatione insperatę salutis ⁊c. Tunc enim videbunt sanctos exaltari: ⁊ hoc ad maiorem suā cōfusionem. Sed vltra eos non videbunt. Unde Esa. xxvi. b. Domine exaltet manus tua vt non videant: videant et confundant ęlantes populi: id est inuidentes: ⁊ ignis hostes tuos deuoret. Ibi est fm aliam translationē: Tollat impius ne videat gloriam dei. Post ostendit/vbi perficiet/ cū dicit: e Abscōdes eos in abscondito faciei tuę. Abscō/des scz in paradiso: vbi facie ad faciē videtur diuinitas tua: quam abscondisti sub humanitate. Unde Esaię. xlv. c. Ue/re tu es deus absconditus. Et tunc plenarie cognoscetur qd̄ nunc credit. Unde. i. Corinth. xiij. d. Uidemus nunc p spe/culum in ęnigmate: tunc autem facie ad faciem: Nūc cogno/sco ex parte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Et bene dicit: Abscondes: quia vt dictum est: ibi abscondent ira q̄z mali eos non videbunt decętero. Unde bene adiungit: f A cōturbatione hominū: supple damnatorū: quę cō/munis erit omnibus damnatis. Unde dicit: A cōturbati/one. Hęc enim p̄positio/cum/notat cōmunitatē. Hęc fa/cies eis ī futuro: Sed interim quid: g Proteges eos in tabernaculo tuo: id est in ecclesia militāte: quę dicitur tabernaculū: quia mobilis est. Sed ecclesia triumphās dicit domus. Et hoc tabernaculum ad illam domū transferetur: scdm illud Heb. xij. g. Declarat mobilium translationem tanq̄z factorū

a Quia magna multitudo dulce/
b dinis tuę domine: quam ab/
c scondisti timētibus te. Per/
d fecisti eis qui sperāt in te: in
e spectu filiorū hoim. Abscō/
f dēs eos in abscōdito faciei
g tuę: a cōturbatione hoim. Pro
teges eos ī tabernaculo tuo:

Al. tsperātib⁹

De multiplici effectu dulcedinis diuine

Al. tvel

Quid sit spe

Ps. 106. Ps. 111.

tanq̃ factorũ: vt maneãt ea quę sunt ĩmobilia. Et Esa. xxxiij. d. Respice sion. i. ecclesia militãs/speculans p fidẽ: solennitatẽ nostrę ciuitatẽ: oculi tui videbunt hierusalẽ ciuitatẽ opulentã: tabernaculũ qd̃ nequaq̃ transferri poterit: nec auferent claui eius in sempiternũ. Proteges/dico: a cõtradictiõe linguarũ. i. schismatum et hęresũm: de quibus Matthęi. xvj. c. Et portę inferi nõ p̃uale/bũt aduersus eã. Ps. Dũe libera aĩam meã a labijs iniq̃s/et a lingua dolosa. Vl' de viris cõtemplatiuis pot exponi: Et de p̃senti sic: Abscõdes eos in abscõdito faciei tuę. Sancti em̃ viri in mũdo nõ inueniũt nisi cõturbationẽ: vũ refugiũt ad dominũ/vt in ipo pacẽ inueniãt: fm illud Job. xvj. g. Hęc locut' sũ vob̃ vt ĩ me pacẽ habeatẽ: ĩ mũdo p̃ssuras habebitis. Sed duę sunt spẽs cõtemplatiõis. Una q̃ cõtemplamur diuinã naturã ⁊ supęcęlestia: Alia q̃ cõtẽplamur humanã naturam ĩ christo: ⁊ ea q̃ in ipsa passus est. De p̃mo ergo dicit: Abscõdes eos in abscõdito faciei tuę. i. in cõtemplatiõe diuinitatis ⁊ supęcęlestiũ: A cõturbatiõe hominũ. i. a sęcularib' negocijs: in quib' cõturbant homies: q̃ qui aliq̃d de illa dulcedine sentiũt/sęculi pturbatiõib' se nõ exponũt. Vũ de Augt. legim': Displicebat ei quicq̃d agebat in sęculo p̃ dulcedine dei ⁊c. De secũda specie cõtemplatiõis dicit: Proteges eos in tabernaculo tuo. i. in cõtẽplatiõe hũanitatẽ ⁊ passiõis tuę: in qua militasti ⁊ diabolũ debellasti.

a ¶ A cõtradictiõe linguarũ: vt detrahẽtes ⁊ ptradicẽtes patiẽter feram' /exemplo illius: qui vt dicit beat' Bernũ. in factis habuit obseruatores: ⁊ in verbis cõtradictores: qui vt dicit. i. Pet. ij. d. cũ maledicerẽt nõ maledicebat: cum paterẽt nõ cõminabat. Heb. xij. a. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit a peccatorib' aduersus semetipsum cõtradictionẽ/vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes. b ¶ Bñdictus dñs. Supęgit ꝓpheta de pturbatiõibus et angustijs quas patiunt viri sancti: ⁊ de remedio qd̃ dat dñs cõtra eas: Hic autẽ agit gratias dño de isto remedio. Vũ dicit: Bñdictus dñs: supplesit. Et ostẽdit quare bñdicit deũ. s. ꝓter admirabilẽ misericordiã suã: Hoc est qd̃ dicit: c ¶ Qm̃ mirificauit. i. mirabilẽ ostẽdit: d ¶ Misericordiã suã mihi. i. ad vtilitatem meã. Mirificauit aũt eam multis modis. s. se ꝓ nobis morti expondẽdo. Esa. xxviij. f. Alienũ ẽ opus eius vt operẽt opus suũ: peregrinũ est opus eius ab eo. Vũ ipsi angeli hanc misericordiã admirari sunt: In quo ꝓsona dicit Esa. lxiij. a. Quis ẽ iste q̃ venit de edom tinctis vestib' de bosra ⁊c. Itẽ hanc misericordiã mirificauit/hostes suos pascẽdo: ⁊ ꝓ eis orãdo. Unde idẽ p̃dicabat Matth. v. g. Diligite inimicos vr̃os: bñfacite his q̃ odẽrũt vos: ⁊ orate ꝓ psequẽtib' ⁊ calũniantib' vos: vt sitis filij patr' vestri q̃ in cęlis est: qui solẽ suũ oriri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Itẽ hãc mirificat/hostes suos tãdiu ad pęnitẽtiã expectãdo. Roma. ij. a. Ignoras qm̃ benignitas dei ad pęnitẽtiã te adducit? Vũ Esa. ix. b. dicit/q̃ vocabit nomẽ eius admirabilis. e ¶ In ciuitate munita. i. in mũdo q̃ munit' ẽ septẽplici muro. i. septẽ vitijs capitalib': sicut hiericho munita erat cõtra filios isrl'. Et q̃ vult istã ciuitatẽ debellare/ oportet q̃ circũeat eam septies. s. cogitãdo /et pęnitẽdo de illis septẽ vitijs: ⁊ detestãdo ea. Esa. xxiij. d. Sume citharã: circũi ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita: bene cane: frequẽta cãticũ. Hęc meretrix est aĩa peccatrix: q̃ obliuiõi tradita est: q̃ nõ est scripta in libro vitę. Et si q̃ bona vnq̃ fecit: nõ sũt accępta coꝝã deo. Ezech. xviij. f. Oẽs iusticię eius quas fecerat non recordabunt. Hęc vt memoria eius sit coꝝã deo: debet accipere citharã pęnitẽtię/vbi membra extẽdant ĩ rigore pęnitẽtię/sicut chordę in cithara: hoc est q̃tũ ad satisfactionẽ. Item debet circũire ciuitatẽ per cõtritionẽ: fm illud Esa. xxxviij. c. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine aĩę meę. Itẽ debet bñ canere ꝓ cõfessionẽ. Et dicit bene: q̃ qui omittũt illa quę necessaria sunt ad cõfessionẽ/male canunt. Illa autẽ sunt p̃ncipaliter quattuor/videlicet vt sit festiua/amara/frequẽs/⁊ integra: de quibus als est dicendũ. De hac ciuitate alibi in Ps. Quis deducet me in ciuitatẽ munitam ⁊c. Et Matth. xxj. a. Ite in castellũ quod cõtra vos ẽ. Vel/ In ciuitate. i. in ecclesia: de qua ĩ Ps. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Munita/ cõtra diabolum. Hui' ciuitatis murus est christ': apli autem sunt turres. Cãticor. viij. c. Ego murus/et vbera mea turris. Victualia hui' ciuitatis sũt sacramẽta: ⁊ maxime sacramentũ eucharistię. Fluuius est doctrina. Ps. Fluminis impet' lętificat ciuitatẽ dei. Postea docet ꝓ quid haberi possit ista misericordia. s. per cõfessionẽ. Unde dicit: f ¶ Ego dixi in excessu mentis meę. Est excessus pauoris: et est excessus ꝓtẽplationis. Et de vtroq̃ potest legi. De primo sic: Ego dixi in excessu mentis meę: id est in pauore. Alia lra habet: In pauore g ¶ Proiectus sũ per peccatũ. h ¶ A facie oculorũ tuorum: id est a pręsentia tua. Vel/ A facie oculorũ tuorum: id est tibi displiceo per peccatũ. Homines enim qui displicent magnatibus solent proijci a facie eorum. Vel/ A facie oculorum tuorũ: id est a p̃sentia et possessione septem donorũ: quę dicunt oculi: Zach. iij. d. Super lapidem vnũ septẽ oculi. Vel in excessu/ cõtemplationis/ dixi: proiectus sum ⁊c. vt supra: quia in cõtemplatione videt homo suos defectus. Vũ Gregor'. Quãto magis in cõtemplatiõe proficit: tanto magis se nihil esse cognoscit. Hiere. xxxj. d. Postq̃ ostendisti mihi/percussi femur meũ/confusus sum ⁊ erubui. Et quia ita humiliter ꝓfessus sum: i ¶ Ideo exaudisti vocem orationis meę. Et notat ĩ hoc versu duas causas quare exaudit deus orationem viri fidelis. Prima est humilitas orãtis: quã notat/cum dicit: Ideo: scz quia humiliter dixi: Proiectus sum ⁊c. Unde Eccli. xxxv. c. Oratio humiliantis se penetrabit nubes. Secũda causa est/deuotio ipsius orantis: quam notat/cum subiungit: k ¶ Dum clamarem ad te. Est enim clamor interior cordis: ⁊ exterior oris. Primus est ipsa deuotio. Secũdus est signum et excitatio deuotionis. Daniel'. xiij. e. Exclamauit susanna voce magna ⁊c. Et sequitur: Exaudiuit autẽ dominus vocẽ eius. l ¶ Diligite dominũ. Enumeratis tot et tantis beneficijs: cõclusionẽ hortatoriam subiungit: vt deus diligat̃ qui est dator illorum beneficiorũ. Unde dicit: Diligite dominũ omnes sancti eius: Nullo excepto: sicut nullus excęptus est a beneficijs. Ps. Non est qui se abscondat a calore eius. Et dicit: Sancti: id est sine terra. Ad amorem enim dei exigitur vt terrena vel mũdana non diligant̃. Beatus Bernũ. Et si sine respectu mercedis diligendus sit deus: tamen sine mercede diligi nõ potest. Iaco. iiij. a. Amicitia huius mũdi inimica ẽ deo. Et iõ/ Diligite: m ¶ Quoniã veritatẽ requiret dominus: vtrũ scz vere dilexerimus eum. Quid autẽ sit vera dilectio/ docet apostolus Eph. v. a. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione sicut ⁊ christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam in odorem suauitatis. Ecce vera dilectio/ vt diligamus eũ: sicut ipse dilexit nos. Quomõ? Tradidit semetipsum pro nobis: Ergo debem' pro ipso nosmetipsos morti exponere/ si opus fuerit: alioquin non diligimus eum vere. Sed qui modo se leui pęnitentię subijcere nolunt ꝓ deo: vix tempore pęsecutiõis exponerẽt se gladio. Vũ ꝓtra delicatos tam clericos q̃ laicos: dicit beatus Greg'. in. xj. homelia. s. Simile est regnum cęlorũ thesauro ⁊c. loquẽs de quadam virgine martyre. Hęc enim sancta hęc mori ꝓ domino potuisset in corpore: si p̃us a terrenis desiderijs mortua nõ fuisset in mẽte. Et addit beatus Gregor'. Quid inter hęc nos barbati ⁊ debiles dicimus: qui ire ad regna cęlestia puellas per ferrum videmus: quos ira superat; superbia inflat: ambitio pturbat: luxuria

a a cõtrãdictione linguarum.
b Benedict' domin':
c quõniã
d mirificauit misericordiã suã
e mihi ĩ ciuitate † munita. Egõ
f autem dixi in † excessu mẽtis
g meę: pie'ct' sũ † a facie oculo-
h rũ tuor̃. Ideo exaudisti vo-
i cẽ orionis meę: dũm clamarẽ
k ad te. Diligite dñm oẽs san-
l cti ei': qm̃ veritatẽ requiret dñs:
m

Ps. 119

Ps. 91

Ps. 86.

Al. † a vultu

Ps. 45.

Que sit vera dilectio

Matth. 13. f.

Ps. 18.

o mirifica misericordiã tis modis

p munit' ẽ septẽplici muro: et quomõ sit bellandus

prurbat: luxuria inquinat. Qui si adipisci cęlestia regna p bella psecutionũ nõ possum⁹: hocipsũ nobis turpe sit q deũ nolum⁹ saltẽ p pacẽ sequi. Ecce nulli nostrũ hoc tpe dicit de⁹: p me morere: sed illici/a tñ modo in te desideria occide. Qui g̃ in pace subijcere carnis desideria nolumus: qũ in bello p deo ipsã carnẽ daremus:

Al. this q abũdanter faciunt

Hoc totũ vsq; huc est de verbis Gregorij. Qui g̃ carnis desideria non occidunt: sed amant delitias / diuitias et honores: quid dicẽt dño in illo districto examine/ vbi veritatẽ requiret dñs: Diligamus g̃ eum etiã sicut dilexit nos: ⁊ in tpe pacis sim⁹ imitatores dilectiõis ei⁹: sicut dixit aplus: ita vt nosmetipsos tradam⁹ pęnitẽtię ꝓpter amorẽ ei⁹: Cui⁹ formã ipse dedit/ Matth. xvj. d. Si q̃s vult post me venire/ abneget semetipsũ ⁊ tollat crucẽ suã. Tria dicit: Semetipsum: Nõ em̃ in se habet corp⁹ ⁊ spiritũ. Nõ tũ ad corpus dicit: Abneget se. s. relinquendo diuitias et delitias. In spũ autem sunt duo. s. intellectus ⁊ affectus. Intellect⁹ iudicat: ⁊ affect⁹ appetit ⁊ vult. Debet g̃ abnegare nõ solũ se: sed semet / vt spm̃ abneget q̃tũ ad ꝓpriã voluntatẽ quę est ĩ affectu: et etiã semetipsũ/ vt abneget ꝓpriũ sensum qui est ĩ intellectu: Et sic abnegãs semetipsum/ tollat crucẽ. s. pęnitentiã: et sequat dñm. Hoc facere ẽ semetipsũ sãctificare/ vt sit sãct⁹: et diligat deũ: q̃ dicit hic: Diligite dñm oẽs sancti eius: et non dicit sancti simplicit/ sed addit/ eius: q̃ philosophi sancti fuerũt. i. sine terra: sed non ei⁹. ij. Timoth. ij. c. Mouit dñs q̃ sunt eius. Et ille est bñ sanct⁹. i. sine terra: q̃ relinquit p dño terrã corpis q̃tum ad amorẽ priuatũ: et terrã cordis q̃tũ ad alia duo. s. q̃tũ ad volũtatẽ ꝓpam ⁊ ꝓpriũ sensũ. Et h̃ ẽ vere diligere deũ: q̃ hoc est diligere ex toto corde/ ex tota aĩa/ ⁊ ex tota fortitudine: Deut. vj. a. Q̃d sic exponit beat⁹ Bern̄. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. i. dulciter: ex tota aĩa. i. prudẽter: tota fortitudine. i. fortiter. Dulciter amat deũ: q̃ ei⁹ dulcedinẽ p̃ponit delitijs carnis ⁊ diuitijs tẽporalibus. Prudẽter: qui ꝓpriũ sensũ relinquit ꝓpter illũ. Unde. j. Cor. iij. d. Si q̃s videt inter vos esse sapiẽs in hoc sęculo/ stultus fiat vt sit sapiẽs. Fortiter diligit eũ: q̃ a volũtate ꝓpria se auertit: vt dicat ei/ sicut dixit p eo: Nõ sicut ego volo: sed sicut tu. Sic g̃ vere diligimus dñm: Qm̃ veritatẽ: vitę/ doctrinę/ iusticię: Requiret dñs. Et cũ inq̃sierit ⁊ req̃sierit: nũquid impuni/tũ dimittet q̃d min⁹ inuenerit: Nõ. Unde addit: a Et retribuet abundãter: pęnã infligẽdo: b Faciẽtibus superbiã. i. quodcũq; peccatũ: q̃ in quolibet est superbia ⁊ cõtempt⁹ dei. Et legat hęc dictio/ abundãter/ cum reduplicatiõe: sic: Retribuet abundãter faciẽtib⁹ abundãter. De abũdãtia hui⁹ retributionis/ Apocl. xviij. b. Reddite illi sicut illa reddidit: ⁊ duplicate duplicia ꝓ m̃ opa eius: q̃ntũ glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tãtũ date illi tormentũ ⁊ luctũ. Osee. v. b. Respõdebit arrogãtia israel in facie eius. c Viriliter agite. Supra hortat⁹ est ad amorẽ ⁊ dilectionẽ dei: Hic monet ad opationẽ/ ne sit amor ociosus. Unde dicit Greg⁹. Amor dei ociosus non est: operat em̃ magna si est: si autẽ opari renuit/ amor nõ est. Item Greg⁹. Probatio dilectiõis/ exhibitio est opis. j. Joh. iij. d. Nõ diligam⁹ ꝓbo nec lingua: sed ope ⁊ veritate. Nec dicit: Virilia agite: sed viriliter. Sũt em̃ q̃ virilia ⁊ fortia opa faciũt: sed nõ virilit: vt desides religiosi ⁊ oẽs hypocritę: q̃ molles sũt ⁊ palpãtibus se exponũt. s. laudãtib⁹. Unde dicit Greg⁹. Arrogãtes hũanis laudib⁹ mollia corda p̃stituũt/ ⁊ suis amorib⁹ corrũpunt: Si aũt virilit viuerẽt: nullę laudes eor animos virtiarẽt. Prouerb. xviij. b. Qui mollis ⁊ dissolut⁹ est in opere suo: frater est sua opera dissipãtis. Ideo bñ dicit: Viriliter agite: q̃d est auelli a mũdo/ a carne/ a parẽtib⁹/ a seipso. g̃. Expecta dñm/ viriliter age. ij. Paral. xxxij. b. Viriliter agite ⁊ ꝓfortamini ⁊ nolite timere. Multi agunt/ sed muliebriter: q̃ cũ mulierib⁹ est eor cõuersatio. Osee. iiij. c. Ipsi cũ mulieribus cõuersabant: ⁊ cum effęminatis sacrificabãt. Et ne deficiatis ĩ labore: d Cõfortet cor vestrũ:

Epb. 5. a.

Triplex abnegatio

Quis vere dicat sanct⁹

Matth. 26. d.

Ps. 26.

a ⁊ rẽtribuet abundanter fãci-
b entibus superbiã. Viriliter
c agite ⁊ cõfortet cor vestrũ:
d omnes qui speratis in do-
mino.

Intellectus Dauid.

f b Eãti quorũ / XXXI.
g remisse sũt iniq̃tates:

scz spe pręmij. Unde addit: e Omnes q̃ speratis in domino. Unde dicit aplus Gal. vj. c. Bonũ faciẽtes nõ deficiamus: tempore em̃ suo metem⁹ nõ deficiẽtes. ij. Corinth. iiij. d. Propter q̃d non deficimus: sed licz is q̃ foris est hõ noster corrumpat: tñ is q̃ intus est renouat de die in die. Id em̃ q̃d in p̃senti est momentaneũ ⁊ leue tribulatiõis nostrę: sup̃ modũ in sublimitate ęternũ glorię pondus opabit in nobis/ nõ cõtemplantib⁹ nobis q̃ vident: sed q̃ nõ vident. Quę em̃ vident temporalia sunt: quę autẽ non vident/ ęterna: Ad quę nos pducat iesus christus: amẽ.

De pe. dit. 3. c. illud

Expositio Ps. XXXI.

b Eati quorũ ⁊c. Titulus. Intellectus dauid. Supra egit ꝓpheta in psona iusti ⁊ ecclesię de psecutiõibus quas patit iustus ⁊ ecclesia: ⁊ de remedio cõtra eas. Sed q̃ vt dicit Esa. xxviij. e. Uexatio dabit intellectum auditui: Ideo agit hic de intellectu. Unde is est sensus tituli. Hic est intellectus dauid. i. pęnitẽtis: cuius psona vl cui scribit / vt se peccatorẽ esse intelligat/ ⁊ peccata accuset. Bona etiã si qua facit/ intelligat a deo esse/ et deo attribuat. Et est psalm⁹ iste secũdus psalmor pęnitentialiũ: In quorũ primo egit de cõtritione: In isto autem secũdo agit de confessione. Intentione monet ad pęnitentiã. Modus talis est: Quadripertitus est psalmus iste. Primo dicit initium boni esse per indulgentiam dei: ⁊ se fuisse miserum per peccatum: sed conuersum dei auxilio. Secundo agit de confessione: ibi: Delictum meum. Tertio/ pęnitudinem commendat ibi: Pro hac orabit. Quarto ponit lętum finem: vbi dicit deũ dare intellectũ: ibi: Intellectum tibi dabo. Primo ergo iustificationẽ deo attribuit/ dicens: f Beati quorum remisse: id est dimisse: g Sunt iniquitates. Et bene Beati: quia econuerso: habentes peccata/ miseri sunt et in angustia constituti. Unde Prouerb. xiij. d. Justicia eleuat egenum: miseros facit peccatũ populos. Esaię. lvij. d. Non est pax impijs. Sed q̃ sine peccato sunt habent eam. Unde Joh. xiiij. d. Pacẽ relinquo vobis/ pacẽ meã do vobis. Pax multa diligẽtibus legem tuã. Item/ Beati: quia eis omnia optata succedunt. Non em̃ oprant nisi illud vnum quod necessariũ est: Luc. x. g. Et in Ps. Unã petij ⁊c. Peccatoribus autem ecõuerso. Nec enim habent in peccato refectionem/ q̃d maxime desiderant. Unde Hieronym⁹. Voluptas habita/ famẽ non satietatem parit. Sic ergo Beati/ sunt: quorum remisse sunt iniquitates. Remisse: id est dissolutę igne cõtritionis: iniquitates supadditę: id est peccata actualia: quę in cõtritione eneruant ⁊ remittunt/ vt vim nõ habeant: in cõfessione occidunt/ vt iam non viuant: in satisfactione autẽ adnihilant/ vt non reuiuiscant/ nec in pęna/ nec in culpa. Et de his tribus dicitur hic: vt patebit. De primo ergo dicit: Beati quorum remisse sunt iniquitates: per ignem cõtritionis: sicut remittit duricia ferri ꝑ ignem. Unde Job. xxviij. a. Lapis calore solutus in ęs vertit. Per lapidem significat cor durũ peccatoris: qui solutus calore: id est igne spũssancti/ ęstuare faciente in cõtritione: in ęs cõuertit: id est ad sonum cõfessionis perducit: ⁊ sic remittunt. Sed ⁊ moriunt peccata: Unde Eccli. iij. b. In die tribulatiõis cõ-

Ps. 118.

Ps. 26.

Partitio psalmi

memorabit tui:

Potest etiã totum legi aliter: f Beati quorũ remisse sunt iniq̃tates. i. modicę ⁊ min⁹ enormes sũt: hi sunt beati. i. min⁹ infęlices q̃ qui grauia peccata ⁊ enormia cõmiserũt: sicut illi de quib⁹ Osee. ix. b. Profũde peccauerũt sicut in diebus gabaa. Matth. xj. c. Uę tibi corozaim: vę tibi bethsaida: q̃ si in tyro ⁊ sidone factę fuissẽt virtutes q̃ factę sũt in vobis: olim in cilicio ⁊ cinere pęnitentiã ęgissent: Verũtñ tyro ⁊ sidoni remissi⁹ erit in die iudicij q̃ vobis. Quare: nisi q̃ remissius peccauerũt. Et ita beati sunt hi respectu illorũ: sicut Eęch. xvj. f. Uicisti sorores tuas peccatis tuis / sceleratius

Aliter

* agens ab eis: